1639. in Novembri. Ex MS. Arch. Joan. Comitis Tarnowski Castell. Konarien. Łęczyciensis

535

159

# Kopia Listu przetłumaczonego pisanego od Baszy Sylistryiskiego do Jmci Pana Stanisława Koniecpolskiego Kasztelana Krakowskiego. 1639. Roku.

Etsi sciamus Dominationem Vestram illustrissimam in omnes hostium suorum conatus diligenter attendere, eosquè exploratos habere, nihilominus etiam Nos pro Christiano nostro ea quæ ex Porta Ottomanica nova habemus illustrissimam Dominationem Vestram scitum duximus. Scribitur nobis ex ipsa Porta Imperatorem Turcarum bellum ingens apparare, Poloniamquè proximo appareute vere propria in persona invadere constituisse; Quod tamen Deus propitius avertat, imò jam mandatum esse Tartarorum Chano, ut hac etiam hyeme Poloniam omni hostilitate afficiat, quasi Imperatori Turcarum per hoc viam venienti aperiat.